



UNA VOCE VENETIA

Domenica sedicesima dopo la Pentecoste

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *Luc. 14, 1-11*

IN ILLO témpore : Cum intráret Jesus in domum cujúsdam princípis pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus dixit ad legisperítos et pharisaeós, dicens : Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsus sanávit eum ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit : Cujus vestrum ásinus aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sábbati? Et non póterant ad hęc respóndere illi. Dicebat autem et ad invitátos parábolam, inténdens, quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos : Cum invitátus fúeris ad núptias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te et illum vocávit, dicat tibi : Da huic locum : et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco : ut, cum vénerit, qui te invitávit, dicat tibi : Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus : quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur : et qui se humiliat, exaltábitur.

Dal Vangelo secondo Luca *Luc. 14, 1-11*

IN QUEL tempo, essendo Gesù entrato in giorno di sabato nella casa di uno dei principali Farisei per prendere cibo, questi gli tenevano gli occhi addosso. Ed ecco che un idropico gli stava davanti. E Gesù prese a dire ai dottori della legge e ai Farisei: È lecito o no risanare in giorno di sabato? Ma quelli tacquero. Ed egli toccatolo, lo risanò e lo rimandò. E disse loro: Chi di voi, se gli è caduto l'asino o il bue nel pozzo, non lo trae subito fuori in giorno di sabato? Né a tali cose potevano replicargli. Osservando come i convitati sceglieessero i primi posti, prese a dir loro questa parabola: Quando sei invitato a nozze, non metterti al primo posto, perché potrebbe darsi che una persona più ragguardevole di te sia stata pure invitata e allora quegli che ha invitato te e lui, può venire a dirti: Cedigli il posto. E allora tu occuperai, con vergogna, l'ultimo posto. Ma quando sarai invitato, va a metterti nell'ultimo posto, affinché, venendo chi ti ha invitato, ti dica: Amico, vieni più avanti. Allora ne avrai onore presso tutti i convitati: perché chiunque si innalza, sarà umiliato, e chi si umilia sarà innalzato.